



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

II. De ordine seruando circa eam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

C A P V T I I.

De ordine seruando circa proximi charitatem.

¶ **T**enemur ne prius proximo, quām nobis in spiritualibus bonis occurrere? Prius sibi homo, quām proximo debet; quia verē charitatis illa regula est, proximum amare sicut te ipsum; ergo amoris proximo impendendi norma proprius amor est.

9. *Licet ne, ad tempus velle carere beatitudine ob spirituali salutem? Licet modō peccatum nullum adsit.*

10. *Circa temporaria autem bona occurrentia ne prius mihi in proximè? Tibi occurrentia. Scio tamen posse te exponere probabili vitæ discrimini, ut proximum eripias ab evidenti occasione moriendi. Vnde pestis tempore, aut grauis ægritudinis laudabile admodum, ægrotantibus inseruire.*

11. *Tenebor ne in spiritualibus bonis occurrere prius proximo, quām mihi in temporalibus? Ita quidem. v. gr. si tempore pestis quis sine confessionis Sacramento esset moritus, aut si puer non baptizatus ad necem duceretur: tunc vitæ propriæ periculo debo tantæ necessitati consulere; quia charitas plus spiritualibus, quām temporariis bonis addicta est.*

12. *Quando non adest extrema necessitas, sed tantum grauis, quidnam Pastores præstare debent? Oves tueri, quas deserte minimè possunt nisi mercenariorum poenâ. Qui autem Pastoris munere non fungitur, quando periculum vitæ non adest, debet ex charitate procurare proximi spiritualem salutem; attamen cum vitæ periculo, aut grauis damni non tenetur.*

13. *Quid si egens sit persona publica, aut aliqua Communitas? In spiritualibus bonis mihi prius occurre debo: in temporalibus prius personæ publicæ aut Communitatî; quia proprium bonum communis est. servit*

14. *Diligendus ne unus magis, quām aliis ex charitate? Ita quidem & interiori, & exteriori affectu; quia quidam coniunctior est amanti, quidam Deo, qui obiectum formale est charitatis: vnde ardentius quis amandus quò propinquior duplice dilectionis principio. Maior tamen necessitas semper maiori sanctitati, aut propinquitati præferenda est; tota enim huiusc precepti obligatio ex necessitate pender. Necessitas equalis est. Sanctior minùs sancto præferatur. Pro pinquis*

604 *Moralis Theologiae Tract. V. Virtutes,*
propinquus adest iustus quidem, & non propinquus sanctior. Cen-
ris paribus maior sanctitas maiori propinquitati est prae-
renda, ex parte obiecti. At ex parte amantis maior propinqu-
itas potest maiori sanctitudini preferri, adeo, ut licet sanctio-
ri maius bonum cupiamus, propinquiori ardenter desider-
imus affectu. Porro quoad bona propinquuo debita; v.gr. long-
am vitam, filios, &c. hic preferendus est sanctiori; quod
bona vero sancto debita, v.gr. plus gratia, ac meriti, &c. su-
ctiorem propinquiori preferendum affirmo.

15. *Rogo, an spiritualiter propinquiores debeant à nobis plu-*
diligi, quam propinquiores carnaliter? Ita quidem; quia pro-
pinquiores sunt Deo, qui est obiectum charitatis. Admoni-
tum hoc intelligendum esse ex parte obiecti; nam ex parte
diligentis, & loquendo absolute propinquior sanguine et
preferendus; quia haec propinquitas carnalis in natura fun-
data firmior est quam spiritualis, quae cum gratia solet ambi-
ti. Vnde prius debes patri carnali, quam spirituali succurrere
& prius fratri carnali, quam spirituali in extrema spirituali
necessitate; at extra necessitatem extremam prius spirituali
egestat patris, aut fratri spiritualis, quam carnalis succur-
rendum, ut disertè Valentia.

16. *Amici strictores preferendi sunt sanguine coniunctio-*
bus? Minime; quia coniunctio amicitiae non est tam stricta
propinquitatis, prævalente natura.

17. *Proprinorum, aut affinum eiusdem speciei exprime dilige-*
tionis ordinem? Coniunctiores quidem preferendi, plus con-
sanguineus, quam affinis; plus pater quam mater; plus mater
quam filius; plus parentes, quam vxor; quia maiora ab illis
munera accepimus. Scio tamen filium posse vxorem tam fidem
coniunctam teneriori affectu, quam parentes prosequi. Quan-
dam culpa est huiusmodi Ordinus violatio? Tantum esse venia-
lem iudico; quia excessus notabilis minime est.

CAPUT III.

De effectibus externis Charitatis, & primum de cor-
reptione fraterna, quam spiritualem eleemo-
synam vocitanero.

§. I.

Fraterna

correptio 18. *Quidnam fraterna correptio?* Est quedam proximi-
nis cause.

*Q*admonitio, qua nitimur eum à peccato ad vi-
tem